Quib; hoc p(ri)mum queror cur inter
iacentib; spatiis maris adque ter
rarum tam parvam epistulam
miseritis. Nisi quod ita meruimq;
vobis ut scribitis ante non scripsi,
Kartam defuisse non putem egypto
ministrante commercia, et si ali
quando ptholomeus maria clusisset,
tamen rex atthalus membranas e pergamo
miserat ut penuria cartae pellib; pen
saret, unde pergamenarum nomen ad
hanc usq; diem tradente sibi posteri
tate servatum est. Quid igitur arbitrer?
baiulum festinasse? quamvis longe epis
tolae una nox sufficit. An vos aliqua
occupatione detentos? Nulla necessi
tas maior est caritate, restant duo,
aut vos piguerit aut ego non meruerim,
E quib; malo vos incessere tarditatis
quam me condempnare fastidio, facilius
enim neglegentia emendari potest,
quam amor nasci, Bonosus ut scribitis
tamquam filius ΙΧΘΥϹ aquosa petit,
nos pristina contagione sordentes
quasi reguli et scorpiones arentia quaeq;
sectamur, Ille iam calcat super
colubri caput, Nos serpenti terram
ex divina sententia comedenti adhuc
cib; sumus, Ille iam potest summum
gradum psalmi ascendere, Nobis ad
huc in primo ascensu flentib; per
cio an dicere aliquando contingat
Levavi oculos meos in montes unde
veniat auxilium mihi, Ille inter minaces

saeculi fluctus in tuto insulae hoc est
ecclesiae gremio sedens ad exemplum
iohannis librum forte iam devorat.
Ego scelerum meorum sepulchro iacens
et peccatorum vinculis conligatus dominicum
de evangelio expecto clamorem
Hieronime veni foras. Bonosus inquam
quia secundum prophetam omnis diaboli
(in lumbis) virtus. Trans eufraten tulit lum
bare suum ibi illud in foramine petrae
abscondens et postea scissum reppe
riens cecinit Dne tu possedisti re
nes meos disrupisti vincula mea tibi
sacrificabo hostiam laudis, me vero
nabuchodonosor ad babilonem id est
confusionem mentis meae catenatum dux
it, ibi mihi captivitatis iugum inposuit,
ibi circulum ferri innectens cantici de
sion cantare praecepit, cui ego dixi,
Dns solvit conpeditos. Dns inluminat
caecos, Ut breviter coepta dissimilitudi
ne finiam, Ego veniam deprecor, Ille ex
spectat coronam, Soror mea sci iuliani
in xpo fructus est, Ille plantavit vos
rigate Dns incrementum dabit, Hanc
mihi ihs pro vulnere quod diabulus
infixerat praestitit vivam reddendo
pro mortua; Huic ego ut ait gentilis
poeta omnia etiam tuta timeo. Scitis
lubricum adulescentiae iter. In quo et ego
lapsus sum et vos non sine timore transitis
Hoc illa cum maxime ingrediens om
nium fulcienda praeceptis, omnium est sustentanda